

Dan. 9, 18. Danielis, quod paulo ante citavimus:

Non in iustificationibus nostris proster-

338 nimus preces etc. Fides enim salvat,

(217) quia apprehendit misericordiam seu pro-

w 139 missionem gratiae, etiamsi nostra opera

sint indigna. Et in hanc sententiam nihil

laedit nos ἀντιστρέφον: Cum credideritis

omnia, dicite, servi inutiles sumus, vide-

339 licet, quod opera nostra sint indigna;

(218) hoc enim cum tota ecclesia docemus,

quod per misericordiam salvemur. Sed si

ex simili ratiocinari volunt: cum feceris

omnia, noli confidere operibus tuis, ita

cum credideris omnia, noli confidere

promissione divina: haec non cohaerent.

Sunt enim dissimillima. Dissimiles cau-

sae, dissimilia obiecta fiducia sunt in

priore propositione et in posteriore.

Fiducia in priore est fiducia nostrorum

operum. Fiducia in posteriore est fiducia

promissionis divinae. Christus autem damnat

fiduciam promissionis suae. Non vult nos de gratia et misericordia Dei desperare,

arguit opera nostra tamquam indigna, non arguit promissionem, quae gratis offert

340 (219) misericordiam. Et praeclare hic inquit Ambrosius: Agnoscenda est gratia, sed non

341 (220) ignoranda natura¹. Promissioni gratiae confidendum est, non naturae nostrae. Sed

adversarii suo more faciunt, contra fidei doctrinam deforquent sententias pro fide

342 traditas. Verum haec spinosa reiiciamus ad scholas. Illa cavillatio plane puerilis est,

(221) cum interpretantur servos inutiles, quia opera Deo sint inutilia, nobis vero sint

utilia. At Christus de ea utilitate loquitur, quae constituit nobis Deum debitorem

gratiae. Quamquam alienum est hoc loco disputare de utili aut inutili. Nam servi

343 inutiles significant insufficientes, quia nemo tantum timet, tantum diligit Deum, tan-

(222) tum credit Deo, quantum oportuit. Sed missas faciamus has frigidas cavillationes

adversariorum, de quibus quid iudicaturi sint homines, si quando proferentur in

lucem, facile possunt existimare viri prudentes. In verbis maxime planis et per-

spicuis repererunt rimam. At nemo non videt, in illo loco fiduciam nostrorum operum

improbari.

sondern darum, daß er auf Gottes Ver-

heißung und Barmherzigkeit vertrauet.

Glaub ist stark, nicht um seiner Würdigkeit

willen, sondern von wegen der göttlichen

Verheißung. Und darum verbeut Christus

5 hier vertrauen auf eigene Werk; denn sie

können nicht helfen. Dagegen verbeut er

nicht vertrauen auf Gottes Verheißung. Ja

er fordert dasselbig Vertrauen auf Gottes

Verheißung eben darum, dieweil wir un-

10 tüchtige Knechte sind und die Werke nicht

helfen können. Deshalb ziehen die Bös-

wichte die Wort Christi unredt von Ver-

trauen eigener Würdigkeit auf Vertrauen

göttlicher Zusage. Damit ist ihre Sophisterei

15 klar verlegt und aufgelöst. Der Herr Chri-

stus wolle die Sophisten, so sein heiliges

Wort also zerreißen, bald zu Schanden

machen. Amen.

20

344 Teneamus igitur hoc, quod ecclesia confitetur, quod per misericordiam salvemur.

(223) Et ne quis hic cogitet: Si per misericordiam salvandi sumus, incerta spes erit, si

nihil praecedit in his, quibus contingit salus, quo discernantur ab illis, quibus non

contingit: huic satisfaciendum est. Scholastici enim videntur hac ratione moti quaesi-

345 visse meritum condigni. Nam haec ratio valde potest exercere humanum animum.

(224) Breviter igitur respondemus. Ideo ut sit certa spes, ideo ut sit praecedens discrimen

M 146 inter hos, quibus contingit, et illos, quibus non contingit salus, necesse est con-

stituere, quod per misericordiam salvemur. Hoc cum ita nude dicitur, absurdum

videtur. Nam in foro et iudiciis humanis ius seu debitum certum est, misericordia

45 incerta. Sed alia res est de iudicio Dei. Hic enim misericordia habet claram et certam

promissionem et mandatum Dei. Nam evangelium proprie hoc mandatum est, quod

praecipit, ut credamus Deum nobis propitium esse propter Christum. Non misit

Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ip-

sum. Qui credit in eum, non iudicatur etc. Quoties igitur de misericordia dicitur,

50 addenda est fides promissionis. Et haec fides parit certam spem, quia nititur verbo

et mandato Dei. Si spes niteretur operibus, tunc vero esset incerta, quia opera non

347 possunt pacare conscientiam, ut supra saepe dictum est. Et haec fides facit discrimen

(226) inter hos, quibus contingit salus, et illos, quibus non contingit. Fides facit discrimen

inter dignos et indignos, quia vita aeterna promissa est iustificatis, fides autem

55

¹) Expos. evang. sec. Luc. VIII, 32 (zu 17, 8). MSL 15, 1774. CSEL XXXII, 4, S. 406, 12.

Sed hic iterum clamitabunt adversarii nihil opus esse bonis operibus, si non me- 348
rentur vitam aeternam.¹ Has calumnias supra refutavimus. Imo vero necesse est (227)
bene operari. Iustificatis dicimus promissam esse vitam aeternam. At nec fidem nec
iustitiam retinent illi, qui ambulant secundum carnem. Ideo iustificamur, ut iusti bene
5 operari et obedire legi Dei incipiamus. Ideo regeneramur et spiritum sanctum accipi- 349
mus, ut nova vita habeat nova opera, novos affectus, timorem, dilectionem Dei, odium (228)
concupiscentiae etc. Haec fides, de qua loquimur, existit in poenitentia, et inter bona 350
opera, inter tentationes et pericula confirmari et crescere debet, ut subinde certius (229)
apud nos statuamus, quod Deus propter Christum respiciat nos, ignoret nobis,
10 exaudiat nos. Haec non discuntur sine magnis et multis certaminibus. Quoties re-
currit conscientia, quoties sollicitat ad desperationem, cum ostendit aut vetera pec-
cata aut nova aut immunditiam naturae? Hoc chirographum² non deletur sine magno
agone, ubi testatur experientia, quam difficilis res sit fides. Et dum inter terrores 351 (230)
erigimur et consolationem concipimus, simul crescunt alii motus spirituales, notitia Kol. 3, 10.
15 Dei, timor Dei, spes, dilectio Dei, et regeneramur, ut ait Paulus, ad agnitionem Dei, 2. Kor. 3, 18.
et intuentes gloriam Domini transformamur³ in eandem imaginem, id est, con-
cipimus veram notitiam Dei, ut vere timeamus eum, vere confidamus nos respici, Rom. 8, 10.
nos exaudiri. Haec regeneratio est quasi inchoatio aeternae vitae, ut Paulus ait: Si 352 (231)
Christus in vobis est, spiritus vivit, corpus autem mortuum est etc. Et: Super- 2. Kor. 5, 2f.
20 induemur, si tamen induti, non nudi reperiemur. Ex his iudicare candidus lector po-
test, nos maxime requirere bona opera, siquidem hanc fidem docemus in poenitentia
existere et debere subinde crescere in poenitentia. Et in his rebus perfectionem chri-
stianam et spirituales ponimus, si simul crescant poenitentia et fides in poenitentia.
Haec intelligi melius a piis possunt, quam quae de contemplatione aut perfectione
25 apud adversarios docentur. Sicut autem iustificatio ad fidem pertinet, ita pertinet ad 354 (233)
fidem vita aeterna. Et Petrus ait: Reportantes finem seu fructum fidei vestrae, sa-
lutem animarum. Fatentur enim adversarii, quod iustificati sint filii Dei et coheredes
Christi. Postea opera, quia placent Deo propter fidem, merentur alia praemia corpo- 355
ralia et spiritualia. Erunt enim discrimina gloriae sanctorum. (234)

30 Sed hic reclamant adversarii, vitam
aeternam vocari mercedem, quare ne-
cesse sit eam de condigno mereri per
bona opera³. Breviter et plane respon-
demus. Paulus Rom. 6. vitam aeter-
35 nam donum appellat, quia donata iustitia
propter Christum simul efficitur filii
Dei et coheredes Christi, sicut ait Iohan-
nes: Qui credit in Filium, habet vitam
aeternam. Et Augustinus inquit, et hunc
40 secuti alii multi idem dixerunt: Dona
sua coronat Deus in nobis⁴. Alibi vero
scriptum est: Merces vestra copiosa erit
in coelis. Haec si videntur adversariis
pugnare, ipsi expediant. Sed parum aequi
45 iudices sunt, nam doni vocabulum omit-
tunt, omittunt et fontes totius negotii,
et excerptunt vocabulum mercedis idque
acerbissime interpretantur non solum
contra scripturam, sed etiam contra
50 sermonis consuetudinem. Hinc ratio-
cinantur, quia merces nominatur, igitur
opera nostra sunt eiusmodi, quae de-
beant esse pretium, pro quo debetur

Die Widersacher aber wollen beweisen, daß 356
wir das ewige Leben mit Werken verdienen (235)
de condigno, damit, daß das ewige Leben
wird genennet ein Lohn. Wir wollen darauf
kurz und richtig antworten. Paulus nennet
das ewige Leben ein Geschenk und Gabe;
denn wenn wir durch den Glauben gerecht
werden, so werden wir Gottes Söhne und
Miterben Christi. An einem andern Ort Joh. 3, 86.
aber stehet geschrieben: „Euer Lohn ist reich-
lich im Himmel.“ Wenn nu die Widersacher
dünket, daß dieses widerinander sei, so
mügen sie es ausrichten. Sie tun, wie sie Luk. 6, 23.
pflegen; sie lassen das Wort donum außen
und lassen allenthalben außen das Haupt- 357
stück, wie wir für Gott gerecht werden, item (236)
daß Christus allzeit der Mittler bleibt, und
Mlauben darnach heraus das Wort merces
oder Lohn und legen denn dasselbige ihres
Gefallens¹ aufs ärgste aus, nicht allein M 147
wider die Schrift, sondern auch wider ge-
meinen Brauch zu reden, und schließen denn
also: da stehet in der Schrift „euer Lohn 2c.“,
darum sind unsere Werke so würdig, daß

¹) „Wer will aber das tun, das unnütze ist, oder davon er nicht verhoffet etwas Gewinnst oder Nutzen zu haben?“ Joh. Mensing: Bescheid, ob der Glaube allein, ohne alle gute Werke dem Menschen genug sei zur Seligkeit. 1528. Bl. 33. ThStKr 1906, 126. ²) Kol. 2, 14.
³) CR 27, 101. 123. Herborn, Enchiridion Corp. Cath. XII, 33, 7ff. ⁴) De gratia et lib. arb. VI, 9, 15. MSL 44, 890.

vita aeterna. Sunt igitur digna gratia et
 vita aeterna, nec indigent misericordia
 358 aut mediatore Christo aut fide. Plane
 (237) nova est haec dialectica: vocabulum au-
 dimus mercedis, igitur nihil opus est
 mediatore Christo, aut fide habente ac-
 cessum ad Deum propter Christum, non
 propter opera nostra. Quis non videt
 359 haec esse ἀνακόλουθα¹? Nos non rixamur
 (238) de vocabulo mercedis. De hac re litiga-
 mus, utrum bona opera per se sint di-
 gna gratia et vita aeterna, an vero place-
 ant tantum propter fidem, quae ap-
 360 prehendit mediatorem Christum? Adver-
 (239) sarii nostri non solum hoc tribuunt ope-
 ribus, quod sint digna gratia et vita
 aeterna, sed fingunt etiam, quod merita
 supersint sibi, quae donare aliis, et iusti-
 ficare alios queant, ut cum monachi
 suorum ordinum merita vendunt aliis.
 Haec portenta Chrysippeo more² coacer-
 vant, hac una voce mercedis audita:
 Merces appellatur, igitur habemus opera,
 quae sunt pretium, pro quo debetur
 merces; igitur opera per sese, non prop-
 ter mediatorem Christum placent. Et
 cum alius alio plura habeat merita, igitur
 quibusdam supersunt merita. Et haec
 W 141 merita¹ donare aliis possunt isti, qui
 merentur. Mane lector, nondum habes
 361 totum soriten³. Addenda sunt enim certa
 (240) sacramenta huius donationis, mortuis
 induitur cucullus⁴ etc. Talibus coacer-
 vationibus beneficium Christi et iustitia
 fidei ob-

wir dadurch das ewige Leben verdienen.
 Das ist gar ein neue Dialectica, da finden
 wir das enzele Wort Lohn, darum tun un-
 sere Werk vollkömmllich gnug dem Gesetze,
 darum sind wir durch unsere Werke Gott
 angenehm, dürfen keiner Gnade noch keines
 Mittlers Christi. Unsere gute Werke sind
 der Schatz, dadurch das ewige Leben erkauft
 und erlanget wird. Darum können wir durch
 unsere gute Werke das erste höchste Gebot
 Gottes und das ganze Gesetz halten. Weiter
 können wir auch tun opera supererogatio-
 nis, das ist übrige Werk und mehr, denn das
 Gesetz fordert. Darum haben die Mönche,
 so sie mehr tun, denn sie schuldig sein,
 übrigen, überflüssigen Verdienst, den mügen
 sie andern schenken oder um Geld mittheilen,
 und mügen des Geschenks, als die neuen
 Götter, ein neu Sakrament einsetzen, damit
 sie bezeugen, daß sie ihre Verdienst jenen
 verkauft und mittheilen haben, wie denn
 die Barfüßmönche und ander Orden un-
 verschämt getan, daß sie den toten Körpern
 haben Ordenskappen angezogen. Das sind
 keine starke Gründe, welche sie alle aus der
 einigen Syllaben Lohn spinnen können, da-
 mit sie Christum und den Glauben ver-
 dunkeln.